

1 In oratione Ciceronis queinta in Verrem in libro spectatae fidei Tironiana cura atque disciplina facto ita scriptum fuit:

2 Homines tenues, obscuro loco nati, nauigant, adeunt ad ea loca quae nunquam antea adierant. Neque noti esse his quo uenerunt, neque semper cum cognitoribus esse possunt; hac una tamen fiducia ciuitatis non modo apud nostros magistratus, qui et legum et existimationis periculo continentur, neque apud ciues solum Romanos, qui et sermonis et iuris et multarum rerum societate iuncti sunt, fore se tutos arbitrantur, sed quocumque uenerint, hanc sibi rem praesidio sperant futurum.

3 Videbatur compluribus in extremo uerbo menda esse; debuisse enim scribi putabant non *futurum*, sed *futuram*, neque dubitabant quin liber emendandus esset, ne ut in Plauti comoedia moechus (sic enim mendae suae inludabant), ita in Ciceronis oratione soloecismus esset manifestarius.

4 Aderat forte ibi amicus noster, homo lectione multa exercitatus, cui pleraque omnia ueterum litterarum quaesita meditata uigilataque erant. 5 Is libro inspecto ait nullum esse in eo uerbo neque mendium neque uitium et Ciceronem probe ac

§2 II Ver. 5. 167 §3 Bacch. 918

1-8 Ciceronis—sedj in Verrem ait Cicero D 1 queinta A: quinta E Verrem] uerbum A in³ AB²: om. E libro APC⁵: libros VR spectatae AC⁵: spectre P: pecte VR 2 Tironiana] tironiana P: a romana R disciplina (ita) aPR ita om. A, sed u. 1. 6. 2, 34. 19. 2, 13. 13. 4. cf. 18. 9. 1 4 antea adierant A: antea adierant aPR (adhierant R): antea dixerant S: antea (alii melioribus numeris ante) uiderunt (ubi) codd. Cic., quorum tamen optimi hic desunt esse iis A, Ck.: essetis VPR: essetis (usque) C: essent S 5 cognito] lucusque A hac S, Ck.: ac § 6 periculo C⁵, Ck.: periculum VP: periculum R: pericula (continentur) B² 9 futurum] futuram codd. Cic. 11 putabant V² 11-13 neque— inludabant] et D 12-13 plauticu mediano et hus V 12 emendandus Comellus: emendatus E 13 mendae S: mendae est aPR suae 14 quam inuenissent 14 esset de Buxis: esset et w: est et aPR⁵: esse et D 15-16 inde a ta exercitus A exercitus] exercitus V² 17 uigilataeque A: uigilataeque D 18 mendum VPRD: mendam C⁵ et A: om. E

uetuste locutum. 6 'Nam *futurum*' inquit 'non refertur ad rem, sicut legitibus temere et incuriose uidetur, neque pro participio positum est, set uerbum est indefinitum, quod Graeci appellant ἀπαρέμφορον, neque numeris neque generibus praeseruiens, set libberum undique et inpromiscuum, 7 quali C. Gracchus uerbo usus est in oratione cuius titulus est De P. Popilio circum conciliabula, in qua ita scriptum est: "Credo ego inimicos meos hoc dicturum"; inimicos dicturum inquit, non dicturos. 8 Videturne ea ratione positum esse apud Gracchum dicturum, qua est apud Ciceronem futurum, sicut in Graeca oratione sine ulla uitii suspitione omnibus numeris generibusque sine discrimine tribuuntur huiuscemodi uerba, ἐρέειν πορήσειν ἔεσθαι et similia?"

9 In Claudi quoque Quadrigari tertio annali uerba haec esse dixit: 'I dum conciderentur, hostium copias ibi occupatas futurum'; in duodeuicesimo annali eiusdem Quadrigari principium libri sic scriptum: 'Si pro tua bonitate et nostra uoluntate tibi ualitudo subpetit, est quod speremus deos bonis bene facturum'; 10 item in Valerii Antiatis libro quarto uicesimo simili modo scriptum esse: 'Si eae res diuinae factae recteque perlitatae essent, haruspices dixerunt omnia ex sententia processurum {esse}'. 11 'Plautus etiam in Casina, cum de puella loqueretur, occisurum dixit, non occisuram, his uerbis:

§7 fr. 34 Malc. §9 FRHist 24 F43, F81 §10 FRHist 25 F14 §11 Cas. 691-3

3 set uerbum est om. A 4 apellant A ἀπαρέμφορον] a A 5 inpromiscuum A: -uum fere E 5-6 quali—est] Item graccus D 5 C. om. CD Gracchus] grecus V 6 P. A: quo §: Q. 5 Popilio] pompilio P §8 om. D 9 Gracchum A 11 generibus quae AV 11-12 tribuuntur A: attribuantur E 12 ε-γ-ε-ι-α C: epein VR: peni P: om. S (ἀλέγειν recte) πορήσειν ἔεσθαι, VP⁵: Ck. R: etc. C 13-14. In—dixit] Item Quadrigarius D 13 annali A: annali (libro) fere E 14 idumli A, corr. Hertz: dum H(f) fere E: dum I Peter 1868: 24 copia sibi PRD oc] lucusque A 15-16 in—scriptum] Idem D 18-19 in—esse] antias D 19 eae res V: (eae eres) R: ea P: hae (hee) C: om. DP² facta erecteque R: recteque facte V—que perlitatae om. B² 21 dedit* Plautus—loqueretur] Item plautus in casina D

etiamne habet Casina gladium?

—habet, sed duos.—Quid duos?—altero te
occisurum aut, altero uilicum.

691.

12 Item Laberius in Gemellis "non putavi" inquit "hoc eam facturum." 13 Non ergo isti omnes soloecismus quid esset ignorarunt, sed et Gracchus *dicturum* et Quadrigarius *futurum* et *facturum* et Antias *processurum* et Plautus *occisurum* et Laberius *facturum* indefinito modo dixerunt. 14 qui modus neque in numeros neque in personas (neque in tempora) neque in genera distrahitur, sed omnia istaec una eademque declinatione complectitur. 15 sicuti M. Cicero *futurum* dixit non uirili genere neque neutro, soloecismus enim plane foret, sed uerbo usus est ab omni necessitate generum absoluto.

16 Idem autem ille amicus noster in eiusdem M. Tullii oratione quae est de imperio Cn. Pompei ita scriptum esse a Cicerone dicebat atque ipse ita lecitabat: 'Cum uestris portus, atque eos portus quibus uitam ac spiritum ducitis, in praedonum fuisse potestatem sciatis', 17 neque soloecismum esse aiebat *in potestatem fuisse*, ut uulgi semidoctum putat, sed ratione dictum certa et proba contendebat, qua et Graeci ita uterentur et Plautus uerborum Latinorum elegantissimus in Amphitruone dixit 'numero mihi in mentem fuit', non, ut dici solitum est, *in mente*.

18 Sed enim praeter Plautum, cuius ille in praesens exemplo usus est, multam nos quoque apud ueteres scriptiores locutionum

§12 fr. 33 Pan.

§16 Imp. Pomp. 33

§17 Amph. 180

§17 Non. 559 (352. 30)

1 (Set) etiamne ex *Plauto Hertz*, fort. recte* habet (nunc) *Plautus* 2 quid duos *Lion ex Plauto* : quibus *E* 4 ea C : eum P 6 gracus *Yr* : grecus *V^{rw}* 9 del. de *Buxis* 10 istaec PD : ista ec R : ista hec V : ista ex C om. D 11 M. s : mauro *aPR* dixit] Item *plautus Num uero michi in mentem fuit?* Item in praedonum fuisse potestatem fuisse scriptis. In eodem amicus noster non soloecismum—utebantur [sic] D 18-19 potestate *codd.* Cic. 19 putabat D ratione dictum s : rationem dictu ξ 22 numero *p^{er} p^{er}*. Non : num uero *E* : non (*uel* nunc cum *codicibus Plautinis*) uero *rec.** solitum est] solet *p^{er}*

72

salium copiam offendimus atque his uulgo adnotamentis inpersimus. 19 Vt et rationem autem istam missam facias et auctoritates, sonus tamen et positura ipsa uerborum satis declarat id potius *επιμυλια* τὴν λέξιν modulamentisque orationis M. Tulli conuenisse, ut, quoniam utrumuis dici Latine posset, potestatem dicere mallet, non potestate. 20 Illud enim sic compositum iucundius ad aurem completiusque, insuauius hoc imperfectiusque est, si modo ita explorata aure homo sit, non surda nec iacenti; sicuti est hercle quod *explicit* dicere maluit quam *explicit*, quod esse iam usitatus coeperat. Verba sunt haec ipsius ex oratione quam de imperio Cn. Pompei habuit: 'Testis est Sicilia, quam multis undique cinctam periculis non terrore belli, sed consilii celeritate explicauit.' At si *explicit* diceret, imperfecto et debili numero uerborum sonus clauderet. 21 In hisce uerbis Ciceronis ex oratione quinta in Verrem, hanc sibi rem praesidio sperant futurum; neque mendium esse neque uitium, errareque istos qui bonos libros uiolant et *futurum* scribunt; atque ibi de quodam alio Ciceronis uerbo dictum quod probe scriptum perperam mutatur; et aspersa pauca de modulis numericisque orationis quos Cicero auide sectatus est.

H

1 Sotion ex Peripatetica disciplina haut sane ignobilis uir fuit. Is librum multae uariaeque historiae refertum composuit

§20 Imp. Pomp. 30

H ϕ [SWTYHM, reficit.] ϕ [L, cf. Malmes. 66. 15-24. Sarrs. Pol. 6. 23, ii. 64. 22-65. 14 Webb]

6 sic s : si *aPR* : sit D 7 compositum s : tius CD : -tus *VPR* iucundius] 10-PR : (et) 10- D completiusque D : completiusque *aPR* : conspectiusque s insuauis *VP* 8 (imperfectiusque *rec.* : pectiusque D : pectius quae V : -pectiusque C s : pectiusque P 10-14 Verba—clauderet om. D 11 ex oratione *B⁹*, *rec.*: exhortatione *aP* s : exornatione R 12 est om. *cod.* Ck. *Hart.* 2682; *habent* *rell.*, sed u. *Praenkel* 1968: 61 13 consilii Ck. 14 clauderet *VPRB⁹* : clauderet *C* s 15 ex *def.* S. 15-19 ex—est om. *D* ϕ 20 Sotion] quot *Sotiones fuerint quisue quid scripserit* in obscuro est

73

17 Faurinum ego audiui dicere uersus istos Euripidi

386
 ἀγάλινων τρομάτων
 ἀνόμων τ' ἀφροσύνας
 τὸ τέλος δυστυχία

non de his tantum factos accipi debere qui impia aut inlicita dicerent, sed uel maxime de hominibus quoque posse dici stulta et inmodica blaterantibus, quorum lingua tam prodiga infrenisque sit ut fluat semper et aestuet conluione uerborum taeterrima, quod genus homines a Graecis significantissimo uocabulo *κατάλωκοι* appellantur.

18 Valerium Probum, grammaticum inlustrem, ex familiari eius, docto uiro, comperi Sallustianum illud 'satis eloquentiae, sapientiae parum' breui antequam uita decederet sic legere coepisse et sic a Sallustio relictum affirmauisse, 'satis loquentiae, sapientiae parum', quod *loquentia* nouatori uerborum Sallustio maxime congrueret, eloquentia cum insipientia minime conueniret.

19 Huiusmodi autem loquacitatem uerborumque turbam magnitudine inani uastam facetissimus poeta Aristophanes insignibus uocabulis denotauit in his uersibus:

837
 ἀβρωτων ἀγριοσιόν, ἀββαδόστομον,
 ἔχοντ' ἀγάλινον ἀκρατὲς ἀπόλων τρώμα,
 ἀπεριλάλητον, κομποφακελορρήμονα.

§17 Bacch. 386-8 §18 Prob. fr. 56 Velaza; Sall. Cat. 5. 4 §19 Ar. Ran. 837-9

§§17-19 om. D, §17 om. R 7 olaterantibus P 9 significantissimo a : -cat. P, rec. 12 loquentiae rec. : eloquentiae αΡΣ 14-15 loquentia] eloquentia C, rec. 15 nouatorij nociatori V : notiatori P 16 eloquentiam P 20-3 in his—kou.] uer. gr. R 22 ἀπόλων] ἀβρωτων ἔκτες ἀλλοτ Aristophanē 23 ἀπεριλάλητον rec. ex Aristophane : δὲ περιλάλητον fere V (Δ Ε Π.), P2 : περιλάλητον rec.

20 neque minus insigniter ueteres quoque nostri hoc genus homines in uerba proiectos locutuleios et blaterones et linguaces dixerunt.

21 Quam inopportunitatem plenumque odii sit futilis inanisque loquacitas, et quam multis in locis a principibus utriusque linguae uiris detestatione iusta culpata sit.

IF

1 Quadrigarius in tertio annalium ita scripsit: 'Ibi occiditur mille hominum.' 2 *Occiditur* inquit, non *occidantur*. Item Lucilius in tertio satirarum:

ad portam mille a porta est; exinde Salernum.

Mille inquit est, non *mille sunt*. 3 Varro in XVII humanarum: 'Ad Romuli initium plus mille et centum annorum est.' 4 M. Cato in primo originum: 'Inde est ferme mille passum.' 5 M. Cicero in sexta in Antonium: 'Itane? Ianus medius in L. Antonii clientela est? quis umquam in illo Iano inuentus est qui L. Antonio millenummum ferret expensum?' 6 In his atque in multis aliis *mille* numero singulari dictum est; 7 neque hoc, ut quidam putant, uetustati concessum est aut per figurarum concinnitatem admissum est, sed sic uidetur ratio poscere. 8 *Mille* enim non

IF §1 FRHist 24 F44 §2 u 124 §3 Ant. rer. hum. 18 fr. 2 Mirsch §4 FRHist 5 F19 = 30 CSBC §5 Phil. 6. 15

IF Macrobr. Sat. 1. 5. 5-9: 11 u. 507 Non. 24 (16. 31)

1 neque—quoque] ueteres D 2-3 et linguaces] linguacesque R : et linguacas 'optinae membranae' Carriónis* 10 exinde Salernum] cf. Hor. Ser. 1. 5. 3 inde Forum. Appi. om. D sex inde Macrobr. §6, sed u. Marr. 1904-5: ff. 60 Salernum rec., Macrobr. : Salernum fere αΡΣ : saltrinum rec. 11 Varro] Varro] P : Vero C XVII §: septimo decimo Macrobr. Sat. §5 : XVIII [uel decimo octauo] § : octauo decimo [libri meliores] Carriónis (1585: 79 = 1885-6: ff. 4)* 13 passum VPR : passuum CD : passus § §5 om. D 14 (iam) Ianus in Ciceroe Holmiius 1856: 1317, quod forsitan etiam in Gallo sit legendum* 15 Antoni Ck.

pro eo ponitur quod Graece χιλιοι dicitur, sed quod χιλιάς, eius sicuti una χιλιάς et duae χιλιάδες, ita unum mille et duo milia certat atque directa ratione dicitur. 9 Quamobrem id quoque recte et probabiliter dici solitum mille denarium in arca est et mille equitum, in exercitu est.

10 Lucilius autem, praeterquam (quae) supra posui, alio quoque in loco id manifestius demonstrat; nam in libro XV ita dicit:

11 hunc, milli passum qui uicerit atque duobus, 355
Campanus sonipes successor nullus sequetur
maiore in spatio ac diuersus uidebitur ire.

12 Item in libro VIII:

tu milli nummum potes uno quaerere centum.
13 Milli passum dixit pro mille passibus et uno milli nummum pro unis mille nummis, aperteque ostendit mille et uocabulum esse et singularem numero dici eiusque pluratum esse milia et casum, etiam capere ablatiuum. 14 Neque ceteros casus requiri oportet, cum sint alia pleraque uocabula quae in singulos tantum casus, quaedam etiam quae in nullum inclinentur. 15 Quapropter, nihil iam dubium est quin M. Cicero in oratione quam scripsit, pro Milone ita scriptum reliquerit, 'Ante fundum Clodi, quo in fundo propter insanas illas substructiones facile mille hominum uersabatur ualentium', non uersabantur, quod in libris minus

§11 uil. 506-8 §12 u. 327 §15 MIL. 53

3 directa scripsi (u. Goodenar 1972-81: it. 280); directa E, Macrob. Sat. 99 §89-13 om. D 6 addidi, cf. 3, 16. 2; praeter quem v. Vein 1887: 655. sed noster praeter particulam cum qui pronominis numquam coniungit 9 nunc R. hoc B^v milli B^v et Macrob. aliquid (§7): mille E 10 successor 5, Non.: successor aPR: subcursor Macrob. 11 he rec. ex Macrob.: om. E 12 in Macrob.: alio E 13 uil. milli Macrob.: mille E 14 milli Macrob. §8: mille E passum R, Macrob.: passum aPDy milli Macrob.: mille C: mille duo VPR §15 om. D. 21 Clodi aPR: clodii pars rec.

accurate scriptis est; alia enim ratione (mille homines, alia) mille hominum dicendum est.

11 Quod uerba ista Quadrigari ex annali tertio, 'ibi mille hominum occiditur', non licenter neque de poetarum figura, sed ratione certa et proba grammaticae disciplinae dicta sunt.

IZ

1 Xanthippe, Socratis philosophi uxor, morosa admodum fuisse fertur et iurgiosa, irarumque et molestiarum muliebrium per diem perque noctem scatebat. 2 Has eius intemperies in maritum Alcibiades demiratus interrogauit Socraten, quanam ratio esset cur mulierem tam acerbam domo non exigeret. 3 'Quoniam,' inquit Socrates, 'cum illam domi talem perpetior, insuesco et exerceor ut ceterorum quoque foris petulantiam et iniuriam facilius feram.'

4 Secundum hanc sententiam M. quoque Varro in satira Menippea, quam De officio mariti (in)scripsit, 'Vitium' inquit 'uxoris aut tollendum aut ferendum est. Qui tollit uitium, uxorem commodiorem praestat; qui fert, sese meliorem facit.' 5 Haec uerba Varronis tollere et ferre lepidè quidem composita sunt, sed tollere apparet dictum pro corrigere. 6 Id etiam apparet, eiusmodi

IZ §4 fr. 83 Astbury/Cöbe

IZ Φ(SWTHYM), φ(L. §§1-4 Malmes. 65-6, §§1-3 cf. Sarris. Pol. 5. 10, i. 327. 16-21 Webb, §§4-6 ibid. 6. 26, ii. 78. 2-15); §§1-4 Rad. i. 40 Stubbs; §§1-3 Γ, §2 Non. 791 (493. 4-5)

1 accurate scriptis membranae Mikaltianae (Carriv 1985: 83-4 = 1885-6: it. 6-7); Macrob. §5: accuratis scriptum E suppl. Klotz 1857: 16 7 irarumque VPR: irarumque VPR; rerumque PGR, Rad. 8: que rerum Rad. 8 per noctemque φ: et noctem φ scatebat B^v intemperias Non. 9 demiratus P5β: miratus D: iratus aK, Rad.: ratus Γ socraten VW: socratem PDγ^N: socrate RC5-8β f¹⁴, Rad. 14-15 Secundum—inscriptis om. Rad.: —sententiam om. D 14 M. membranae Carrivonis (588; 85 = 1885-6: it. 7): om. E 15 scripsit E, corr. Vahlen 1858: 193-4 19 eiusmodi culiusmodi C: huiusmodi R^vφ: eiusmodi S

KA ^{Tempore} ^{fol. 103. v. 14. 52.}
 (si ante Vergiliū autē)

1 Versus istos ex Georgicis Vergilii plerique omnes sic legunt:

at sapor indicium faciet manifestus et ora
 tristia temptantum sensu torquebit amaro.

246

2 Hyginus autem, non hercle ignobilis grammaticus, in commentariis quae in Vergilium fecit, confirmat et perseverat non hoc a Vergilio relictum, sed quod ipse inuenerit in libro qui fuerit ex domo atque ex familia Vergilii:

et ora 1

tristia temptantum sensu torquebit amaro.

^{inueniunt Vergilio}
 (Temp.)

3 Neque id soli Hygino, sed doctis quibusdam etiam uiris commentum placitum, quoniam uide(re)tur absurde dici sapor sensu amaro torquebit, 'cum ipse (inquit) sapor sensus sit, non alium in semet ipso sensum habet ac proinde sit quasi dicatur sensu sensu amaro torquebit.'

4 Sed enim cum Faurino Hygini commentarium legissem, atque ei statim displicita esset insolentia et insuauitas illius sensu torquebit amaro, is 'Iouem lapidem,' inquit, 'quod sanctissimum ius iurandum habitum est, paratus ego iurare sum Vergilium hoc numquam scripsisse, sed Hyginum ego uerum dicere arbitror, Non enim primus finxit hoc uerbum Vergilius insolenter, sed

§1 Georg. 2. 246-7 §§2 fr. 4 Fun. §§4-5 Faur. test. XXII Amato de hoc capite u. Holford-Strevens 2000

3 temptatum P sensu... amaro] ita codd. Vergiliani ante Karolinam aetatem omnes 6 quod rec. : quid E 7 atque ex VD : atque PC : et R 9 temptantum] temptanti in C : temptatum P sensus aP : sensu R s : s. D 9 amaro] prob. Seruius 10 ante doctis R. ante quibusdam D 10-11 completum 14. completum est, cf. 6. 18. 6 placita 11 uideretur scripsit : uidetur aP s : uidetur R 12 inquit—sit] sapor sit sensus D 13 habet scripsit : habet E sit sc. si quis ita dicit : si P 15 Faurino... legissem] Faurinus... legisset B (Carribe 1585; 98 = 1885-6; it. 14) 16-17 illius sensu torquebit B. om. E 17 amaro] is Holford-Strevens 2000: 327 : amaro] is dicitur uel etiam cum distinctione amaro] is E (amaroris D) : amaro] risit (et) Carrio lapidem B : lapideum E

in carminibus Lucreti inuent(o)us est non aspernatus auctoritatem poetae ingenio et facundia praecellentis.

6 Verba ex III Lucreti haec sunt:

dilutaque contra 223/929
 cum tuimur misceri absinthia, tangit amaro.

7 Non uerba autem sola, sed uersus prope totos et locos quoque Lucretii plurimos sectatum esse Vergilium uidemus.

KA Quod Iulius Hyginus affirmatissime contendit legisse se librum P. Vergilii domesticum (ubi) scriptum esset 'et ora tristia temptantum sensu torquebit amaro', non quod uulgus legeret 'sensu torquebit amaro'.

KB

22

1 Inroboraui inueterauique falsa atque aliena uerbi significatio quod dicitur 'hic illi superest' cum dicendum est aduocatum esse quem cuiquam causamque eius defendere. 2 Atque id dicitur non in compitis tantum neque in plebe uolgaria, sed in foro, in comitio, apud tribunalia. 3 Qui integre autem locuti sunt magnam partem superesse ita dixerunt, ut eo uerbo significarent superfluere et superuacare atque esse supra necessarium modum. 4 Itaque M. Varro, in satira quae inscripta est Nescis quid uesper uehat superfuisse dicit inmodice et intempestiue fuisse.

5 Verba ex eo libro haec sunt: 'In conuiuio legi nec omnia

§6 Lucret. 4. 223-4, sed etiam 6. 929-30 (934) KB §5 fr. 340 Astbury; cf. 13. 11. 5

1 Lucreti] Lucretius D : lucretii C5 inuentus E, corr. Ehrenthal 1881: [55] et ar-
 (ea nec publice Hertz : inuentum sP est non] est nec B 3 Lucreti VPR :
 Lucreti CD5 5 cum tuimur VPD, Lucretius utriusque : contumur RCB, codd.
 uerique Prisc. 8. 95 (GL. ff. 444. 16) : co(n)uimur s 57 om. D 13 quem cui-
 (piani] quempiam P §§5-5 sunt om., §5 in conuiuio—defuisse post §21 om. D
 §15 significare VPR 20—100. 1 nec...et] non...sed 13. 11. 5

inquit 'quod ad me venistis, quod colloquimur nunc, quod de officiis disceptamus, priuata actio est. Itaque utere apud me his honoribus prius quibus domi quoque uestrae te uti priorem deceat.' 11 Haec atque alia in eandem sententiam Taurus grauius simul et comiter disseruit.

12 Quid autem super huiuscemodi patris atque filii officio apud (Q.) Claudium legerimus, non esse ab re uisum est ut adscriberemus. 13 Posuimus igitur uerba ipsa Quadrigarii ex annali eius sexto transscripta:

Deinde facti consules (Ti.) Sempronius Gracchus iterum Q. Fabius Maximus, filius eius qui priore anno erat consul. Ei consuli pater proconsul obuiam in equo uehens uenit neque descendere uoluit, quod pater erat; et quod inter eos sciebant maxima concordia conuenire, licetores non ausi sunt descendere iubere. Vbi iuxta uenit, tum consul ait 'quid postea?' Lictor ille qui apparebat cito intellexit, Maximum proconsulem descendere iussit. Fabius imperio pareat et filium collaudauit, cum imperium quod populi esset retineret.

B Quae ratio obseruatioque officiorum esse debeat inter patres filiosque in dicumbendo sedendoque atque id genus rebus domi forisque, si filii magistratus sint et patres priuati: superque ea re Tauri philosophi dissertatio et exemplum ex historia Romana petitum.

3

Γ

1 H litteram siue illam spiritum magis quam litteram dici oportet, inserebant eam ueteres nostri plerisque uocibus uerborum.

§13 *FRHist* 24, F57

3 prius (huc usque) P 7 *addidi** 9 transscripta] Item uerba claudij De
10 consul esse[m] pronius P *add. Fr. Skutsch** Q. rec. : que V : que *PRCD*5

112

firmandis roborandisque, ut sonus earum esset uiuidior uegetiorque; atque id uidentur fecisse studio et exemplo linguae Atticae. 2 Satis notum est Atticos *ἰχθύον* et *ἰππον* et multa itidem alia contra morem gentium Graeciae ceterarum inspirantis primae litterae dixisse. 3 Sic *lachrumas*, sic *sepulchrum*, sic *ahenum*, sic *uehemens*, sic *incohare*, sic *helluari*, sic *haluctari*, sic *homera*, sic *honestum* dixerunt. 4 In his enim uerbis omnibus litterae seu spiritus istius nulla ratio uisa est, nisi ut firmitas et uigor uocis quasi quibusdam neruis additis intenderetur.

5 Sed quoniam *aheni* quoque exemplo usi sumus, uenit nobis in memoriam Fidum Optatum, multi nominis Romae grammaticum, ostendisse mihi librum Aeneidos secundum mirandae uetustatis emptum in Sigillariis uiginti aureis, quem ipsius Vergili fuisse credebatur, in quo duo isti uersus cum ita scripti forent:

uestibulum ante ipsum primoque in limine Pyrrus
exsultat telis et luce coruscus aena,

270

additam supra uidimus H litteram et *ahena* factum. 6 Sic in illo quoque Vergili uersu in optimis libris scriptum inuenimus:

aut foliis undam trepidi despumat aheni.

Γ Qua ratione uerbis quibusdam uocabulisque ueteres immiserint H litterae spiritum.

§5 Aen. 2. 469-70 §6 Georg. 1. 296

1 uiuidior] uiuidior *Heraeus* dubitanter (cf. *Ter. Maur.* 1466), sed u. 13. 21. 13
3 *ἰππον* *Fr. Skutsch*, cf. *Hertz* 1858; 12 = 1886; 53 : *ἰππὸ* R : *ἰπποῦ* *tere* *aFD*5* 5 Sic]
SI P *lachrumas* *W** : *lachrumas* *W** : lac *rumas* P : *lachrimas* *RCD* : *lachrimas* et
lachrymas *rec.* (*lachrimas* *s*) *sepulchrum* *VPR* 6 *uehemens* *V* *incohare*
rec., *Hertz* *propter ordinem exemplorum* : *incohare* *E* (*incoare* *R*) 7 (*nostrum*) *dixe-*
runt *Dzialtzo* 1883 8 (*ipsius*) *istius* *V** *uigor* *CD* : *uicor* *VPR* 11 *Fidum*
Fidum *Hertz* 1853, *fort. recte** 17 *exultat* *s* e *Vergilio* : *exultat* *P* : *exultat* *R* :
exatha (*thelis*) *V* : *exacta* *C* : *extrabat* *D* *aena* et *ahena* *rec.*, *coll.* *Verg.* : *ahena* *E*
18 *ahena* *D*, *rec.* : *ahenam* *aPR*, *quod sequente* *factam* *recepissent* 19 *uersu* *PD* :
uersum *aR* 20 *aut*—*aheni* *om.* *D* *aut* et *Vergilius* (*sed aut in priore uersu*)

113

1 Cum de constituendo accusatore quaeritur iudiciumque super ea re redditur, cuius potissimum ex duobus pluribusque accussatio subscriptio in reum perimitur, ea res atque iudicium cognitio diuinatio appellatur. 2 Id uocabulum quam ob causam ita factum sit quaeri solet.

3 Gaius Bassus in tertio librorum quos de origine uocabulorum composuit 'diuinatio' inquit 'iudicium appellatur, quoniam diuinet quodammodo iudex oportet, quam sententiam sese ferre par sit.' 4 Nimis quidem est in uerbis Gaii Bassi ratio imperfecta uel magis inops et ieiuna. 5 Sed uidetur tamen significare uelle idcirco dici diuinationem, quod in aliis quidem causis iudex ea (quae) didicit quaeque argumentis uel testibus demonstrata sunt sequi solet, in hac autem re, cum eligendus accusator est, parua admodum et exilia sunt quibus moueri iudex possit, et propterea quinam magis ad accusandum idoneus sit quasi diuinandum est.

6 Hoc Bassus. Sed alii quidam diuinationem esse appellatam putant quoniam, cum accusator et reus duae res quasi cognatae coniunctaeque sint neque ultra sine altera constare possit, in hoc tamen genere, causae reus quidem iam est, sed accusator nondum est, et idcirco quod adhuc usque deest et latet diuinatione supplendum est, quisnam sit accusator futurus.

Δ Quam ob causam Gaius Bassus genus quoddam iudicii diuinationem appellari scripsit, et quam alii causam esse eiusdem uocabuli dixerint.

§3 fr. 1 Fur.

1-2 super ea re] superare P 3 iudicium VP: iudicium RCDs 8 diuinet D, u.c. Vrsini, cf. 16.6.15; diuine VPR: diuinare C, (iudicem...)]s 9 Gaii VR: Gaii PD: Gaii C 12 add. de Furis 14 sunt P 18 cognatae D: cognite a PR 20 est V^cCDs: es VPR

1 Fauorinus de Lysia et Platone solitus dicere est: 'Si ex Platonis' inquit 'oratione uerbum aliquod demas inutesue atque id commendatissime facias, de elegantia tamen detraxeris; si ex Lysiae, de sententia.'

E¹ Quam lepide signateque dixerit Fauorinus philosophus quid intersit inter Platonis et Lysiae orationem.

1 Nonnulli grammatici aetatis superioris, in quibus est Cornutus Annateus, haut sane indocti neque ignobiles, qui commentaria in Vergiliū composuerunt, reprehendunt quasi incuriose et abiecte uerbum positum in his uersibus:

candida succinctam latrantibus inguina monstris 75
Dulichias uexasse rates et gurgite in alto—
al—timidos nautas canibus lacerasse marinis.

2 Vexasse enim putant uerbum esse leue et tenuis ac parui incommodi nec tantae atrocitati congruere, cum homines repente a belua inmanissima rapti laniatique sint. 3 Item aliud huiusmodi reprehendunt:

quis aut Eurysthea durum
aut inlaudati nescit Busiridis aras? 5

E fr. 152 Amato F §§1-4 fr. 22 Mazz. §1 Buc. 6. 75-7 §3 Georg. 3. 4-5

F φ(SWTYM), Macrobo. Sat. 6. 7. 4-17; 20-5, Non. 725-6 (452. 18-27)

cap. om. D 2-3 commendatissime Heraeus; commodatissime E; commodatissime recit. 3 detraxeris R 7 grammaticij grammaticis Pa; ex grammaticis φ 8 haut] aut VR 13 a timidos attimidos V lacerasse] lacerasse P 14 esse om. φ parui] parum P 15 incommodij co(m)modi P φ: om. C 16 ruph V

IA

1 In libro uetere M. Catonis, qui inscribitur Contra Tiberium exulem¹, scriptum sic erat: 'Quid si uadimonium capite obuoluto stitisses?' 2 Recte ille quidem stitisses scripsit: sed falsa et audax emendatores E scripto, et per libros stitisses fecerunt, tamquam stitisses uanum et nihili uerbum esset. 3 Quin potius ipsi nequam et nihili sunt, qui ignorant stitisses dictum a Catone quoniam sisteretur uadimonium, non staretur.

IA Quod M. Cato in libro qui inscriptus est Contra Tiberium exulem¹ stitisses uadimonium per I litteram dicit, non stitisses; eiusque uerbi ratio reddita.

IE

1 Apud antiquissimos Romanorum neque generi neque pecunia praestantior honos tribui quam aetati solitus, maioresque natu a minoribus colebantur ad deum prope et parentum uicem, atque omni in loco inque omni specie honoris priores potioresque habiti. 2 A conuiuio quoque, ut scriptum in antiquitate¹ habes est, seniores a iunioribus domum deducebantur, eumque morem accepisse Romanos a Lacedaemoniis traditum est, apud quos Lycungi legibus maior omnium rerum honos aetati maiori

IA §1 fr. 202 Malc. = 184 CSBC de uerbo u. Holford-Strevens 1971: 145-7

IE §1 Γ

2 exulem] exule VPR: cognomen lateris suspicatur Cina 1903: 85, sed cui contradicatur ignobum est² scriptum rec., Gronovius 1687: 46: scriptum (quid) VPRD, rec.: scriptum (quidem) Cs 2-3 quid si—stitisses¹ 4p. non stitisti (u. Pope 1982) 3 stitisses¹ rec.: stitisses (fecerunt tanquam stitisses [uel stitisses]) s ille quidem CPR² quidem ille V: quid ille D: ille s stitisses³ D, rec.: stitisse aPKs 3-4 falsa est audax aPK: falsi et audaces Ds 4 emendatores] (emendatio **) emendatores Hertz 1853: (***) emendatores (idem 1883: emendatorum (cohors uel manus uel natio uel grex) Heraeus: alii alia* E scripto et § (I. scriptum R*); E scripto w. E scriptum s] I scriptum E Heraeus: an I scripto E? 7 sisteretur uel si steretur VPRD, rec.: si] steretur C, (uel si, -sti) s 16 Romanos s: romanis aPK: om. D

habebatur. 3 Sed postquam suboles ciuitati necessaria uisa est et ad prolem populi frequentandam praemiis atque inuitamentis usus fuit, tum antelati quibusdam in rebus qui uxorem quique liberos haberent senioribus neque liberos neque uxores habentibus. 4 Sicuti kap. VII legis Iuliae priori ex consulibus fasces sumendi potestas fit, non qui plures annos natus est, sed qui plures liberos quam collega aut in sua potestate habet aut bello amisit. 5 Sed si par utriusque numerus liberorum est, maritus aut qui in numero maritorum est praefertur; 6 si uero ambo et mariti et patres totidem liberorum sunt, tum ille pristinus honos instauratur et qui maior natu est prior fasces sumit. 7 Super his autem qui aut caelibes ambo sunt et parem numerum filiorum habent aut mariti sunt et liberos non habent, nihil scriptum in lege de ea re est. 8 Solitos tamen audio, qui lege potiores essent, fasces primimensis collegis concedere aut longe aetate prioribus aut nobilioribus multo aut secundum consulatum ineuntibus.

IE Quod antiquitus aetati senectae potissimum habitus sunt ampli honores; et cur postea ad maritos et ad patres idem isti honores delati sint; atque ibi de capite quaedam legis Iuliae septimo.

IF

1 Vergilii uersus sunt e libro sexto:

ille, uides, pura iuuenis qui nittitur hasta, 760
proxima sorte tenet lucis loca, primus ad auras

IF §1 Aen. 6. 760-6

3 quique] quinque P 4 haberent C: habent aRD: habentem P 5 legis Iuliae sc. de maritandis ordinibus 7 amisit V²CDs: admisit V¹PR 8 aut qui in] atque V 8-9 in numero maritorum] sc. sponsi et (quod haec non perhibet) milites (Cass. Dio 54. 26. 7 cum D. 23. 1. 17; 60. 24. 3). u. Heineccium 2. 7. 2 (1726: 199-200) 10 instauratur rec.: instauratus E 11 sumit] sumet V: sumat D 11-12 caelibes] sc. qui uxorem habuerunt; spuri enim solis matribus imputabantur [G. 1. 64] 12 et] aut E; corr. Heineccius 1726: 195 sed peruerso, 200¹ 13 ea re rec.: ea aetate aDs: ea eta R: 15 aetate Carrio² 21 uide spiram V: uide spirat R

aetherias Italo commixtus sanguine surget,
 Silius, Albanum nomen, tua postuma proles,
 quem tibi longaeuo serum Lauinia coniunx
 educet silius regem regumque parentem:
 unde genus Longa nostrum dominabitur Alba.

2 Videbantur haec nequaquam conuenire, 'tua postuma proles'
 et 'quem tibi longaeuo serum Lauinia coniunx educet silius'.
 3 Nam si hic Silius, ita ut in omnium ferme annalium moni-
 mentis scriptum est, post (patris) mortem natus est ob eamque
 causam praenomen ei Postumo fuit, qua ratione subiectum
 est 'quem tibi longaeuo serum Lauinia coniunx educet silius'.
 4 Haec enim uerba significare uideri possunt Aenea uiuo ac iam
 sene natum ei Siliuum et educatum.

5 Itaque hanc sententiam esse uerborum istorum Caesellius
 opinatus, in commentario lectionum antiquarum 'Postuma'
 inquit 'proles non eum significat qui patre mortuo, sed qui post
 tremo loco natus est, sicuti Silius, qui Aenea iam sene tardo,
 seroque partu est editus.' 6 Sed huius historiae auctorem
 idoneum nullum nominat; 7 Siliuum autem post Aeneae mor-
 tem, sicuti diximus, natum esse multi tradiderunt.

8 Idcirco Apollinaris Sulpicius, inter cetera in quibus Caesellium
 reprehendit, hoc quoque eius quasi erratum animaduertit,
 errorisque istius hanc esse causam dixit, quod scriptum ita sit

§5 fr. 1 Vitale

1 aetherias] Athenas P Italo commixtus sanguine P, Verg.: ita locum mix-
 tus sanguine VR: ita locum sanguine mixtus C: italo mixtus cum sanguine D
 tuum P 8 saluus P 9 add. hic Marshall: post mortem s: mortem
 (Aeneae) Hertz 1853* 10 Postumo P: positum o ar: positum D: impositum
 hoc s 11 serum] seuo P 12 ac iam Ds: ac iam R: acam ap 14 cas-
 sellius P: caesellius C 19 aene emortem V: aenea mortem R 23 sit ita
 V add. Carrio

'quem tibi longaeuo' ('Longaeuo') inquit 'non seni significat—
 hoc enim est contra historiae fidem—sed in longum iam aeuum
 et perpetuum recepto immortalique facto. 9 Anchises enim,
 qui haec ad filium dicit, sciebat eum, cum hominum uita disces-
 sisset, immortalem atque indigetem futurum et longo perpe-
 tuoque aeuo potiturum.' 10 Hoc sane Apollinaris argute. Sed
 aliud tamen est longum aeuum, aliud perpetuum, neque di
 longaeui appellantur, sed immortales.

11 Quod Caesellius Vindex a Sulpicio Apollinari reprehensus est in sensus
 Vergilianae enarratione.

IZ

1 Obseruate curioseque animaduertit M. Tullius in et con praepo-
 sitiones uerbis aut uocabulis praepositas tunc produci atque
 protendi, cum litterae sequerentur quae primae sunt in *Sapientie*
 atque *Felice*, in aliis autem omnibus correpte pronuntiarum. 2 Verba
 Ciceronis haec sunt:

Quid uero hoc elegantius, quod non fit natura, sed quodam instituto?
 in *doctus* dicimus breui prima littera, *insanus* producta, *inhumanus* breui,
infelix longa; et, ne multis, quibus in uerbis hae primae litterae sunt
 quae in *Sapientie* atque *Felice* producte dicuntur, in ceteris omnibus
 breuiter; itemque *compositus*, *consuevit*, *concrepuit*, *confecit*. Consule
 ueritatem, reprehendet; refer ad auris, probabunt; quaere cur ita sit:
 dicent inuare. Voluptati autem aurium morigerari debet oratio.

IZ §2 Orat. 159

1 significat. hoc Hertz: significato VR: significatio PCDs 3 Anchisen Vc
 §10 sed u. Hofford-Shrewers 2003: 85 n. 11 13 portendi PD primae s: prima §
 13-14 Sapientie et Felice] cogitamina C. Laell et L. Sullae* 16 hoc] haec VPR
 18 hae] eae Cicero 19 dicuntur] dicitur codd. Ciceronis uetustiores 20 crep-
 uit V 21 reprehendet Egnatius ex Cicero: reprehende et §: comprehende
 et s probabalint P: probabunt R sit] se codd. Clc.

3 Manifesta quidem ratio suavitatis est in his uocibus *de pro*, quae, cum produci et corripi soleat, observationem hanc tamen M. Tullii aspernata est? 4 Non enim semper produci tamen, cum sequitur ea littera quae prima est in uerbo *fecit*, quam Cicero hanc habere uim significat ut propter eam rem in et *con* praepositiones producantur. 5 Nam *proficisci* et *profugere* et *profundere* et *profanum* et *profestum* correpte dicitur, *proferre* autem et *profigere* et *proficere* producte. 6 Cur igitur ea littera, quam Cicero productionis causam facere obseruauit, non in omnibus consimilibus eandem uim aut rationis aut suauitatis tenet, sed aliam uocem produci facit, aliam corripit?

Neque uero *con* particula tum solum producit, cum ea littera de qua Cicero dixit insequitur. 7 Nam et Cato et Sallustius et 'faenoribus' inquit 'copertus est'. 8 Praeterea *coligatus* et *conexus* producte dicitur. 9 Sed tamen uideri potest in his quae posui ob eam causam particula haec produci, quoniam eliditur ex ea N littera: nam detrimentum litterae productione syllabae compensatur. 10 Quod quidem etiam in eo seruat quod est *cogo*; neque repugnat quod *coegi* correpte dicimus, 11 non enim salua id *ἀναλογία* dicitur (a uerbo quod est *cogo*).

IZ Cuiusmodi esse naturam quarundam praepositionum M. Cicero animaduertit; disceptatumque ibi super eo ipso quod Cicero obseruauerat.

§7 Cato ex incertis fr. 14 CSbC; Sall. Hist. 4 fr. 52 Maur.

3 producti et corripit D: producti corripit aP5: producti R 3-4 tamen hanc RD 6 (rem) Damsté 1919: 292, sed cf. 4. 5. pr.* 10 ea rec. : a aP5 : alia D 16 coopertus E, corr. Hertz 1833 colligatus E, corr. Carrio 17 conexus aP : connexus RD producta e V 22 salua id ἀναλογία ε. ε : saluai danal λ ο ρ ι α V. salua idanal a ο ρ ι α P. salua et δ α ν α λ ο γ ι α C : salua id analogia D : salua idanalogia R 22-3 delet

1 Phaedon Elidensis ex cohorte illa Socratica fuit, Socraticae et Platoni per fuit familiaris. 2 Eius nomini Plato librum illum diuinitum de immortalitate animae dedit. 3 Is Phaedon seruus fuit forma atque ingenio liberali, et ut quidam scripserunt a lenone domino puer ad merendum coactus. 4 Eum Cebe Socraticus hortante Socrate emisse dicitur habuisseque in philosophiae disciplina. 5 Atque is postea philosophus inlustris fuit, sermonesque eius de Socrate admodum elegantes leguntur.

6 Alii quoque non pauci serui fuerunt qui post philosophi clari exstiterunt, 7 ex quibus ille Menippus fuit cuius libros M. Varro in saturis aemulatus est quas alii cynicas, ipse appellat Menippeas. 8 Sed et Theophrasti Peripatetici seruus Pompylus et Zenonis Stoici seruus, qui Persaeus uocatus est, et Epicuri, cui Mys nomen fuit, philosophi non incelebris uixerunt. 9 Diogenes etiam Cynicus seruitutem seruit; sed is ex libertate in seruitutem uenit. Quem cum emere uellet *Επειάθη Κορίθιος*, exquid artificii nouisset percontatus (est); 'nou' inquit Diogenes 'hominibus liberis imperare.' 10 Tum *Επειάθη* responsum eius demiratus emit et manu emisit, filiosque suos ei tradens 'accipe' inquit 'liberos meos quibus imperes.'

11 De Epicteto autem philosopho nobili, quod is quoque seruus fuit, recentior est memoria quam ut scribi quasi obliteratum debuerit.

Macrob. Sat. 1. 11. 41-4; §§9-10 refecit Thomas Hibernicus (seruinus s. fol. 196^o)

1 Phedon P: Phedron aRD 3 phedon P: phedron aD: fedon R 7 his VP §. serui om. P 11 cynicas rec. : gnicas aP5 : gnicas R : grnicas D 12 Pompylus V : pamphyus P : pomplius R : pompilius D 13 Persaeus Jac. Crononius : Perseus E, cod. Macrob. §42 14 incelebris aP : incerebris R : incelebres D5* 15 liberalitate P** 15-16 seruitutem D5, Macrob., Thomas : seruitute aPR 17 exquid Macrob. §43 : et quid P**CD5, cod. aliqui Macrob. : et qui VP**R* percontatus (est) Macrob., Thomas : (est) ecquid—(eset) percontatus Hertz 18-19 eius demiratus Macrob. : eiusdem miratus E, cod. Macrob. stirpis § 22 est memoria VP5, Macrob. §44 : memoria est RD : est om. C

appellatos scribunt quasi quosdam terriones, hoc est arandae colendaeque terrae idoneos. 9 Itaque hoc sidus, quod a figura posituraque ipsa, quia simile plaustrum uideatur, antiqui Graecorum *ἄμαξαν* dixerunt, nostri quoque ueteres a bubus iunctis Septentriones appellarunt, id est septem stellas ex quibus quasi iuncti triones figurantur.

10 'Praeter hanc' inquit 'opinionem id quoque Varro addidit dubitare sese an propterea magis hae septem stellae triones appellatae sint, quia ita sunt sitae ut ternae stellae proximae quaeque inter sese faciant trigona, id est triquetras figuras.' 11 Ex his duabus rationibus quas ille dixit, quod posterius est subtilius elegantiusque est uisum. Intuentibus enim nobis in illud ita propemodum res erat, ut forma esse triquetra uiderentur.

KA Super eo sidere quod Graeci Amaxan, nos Septentriones uocamus; ac de utriusque uocabuli ratione et origine.

KB

1 Apud mensam Faurorini in conuiuio familiari legi solitum erat aut uetus carmen melici poetae aut historia, partim Graecae linguae, alias Latinae. 2 Legebatur ergo ibi tunc in carmine Latino *Iapyx* uentus, quaesitumque est quis hic uentus et qui. bus ex locis spiraret et quae tam infrequentis uocabuli ratio esset; atque etiam petebamus ut super ceterorum nominibus regionibusque docere nos ipse uellet, quia uulgo neque de

KB §2 uix Hor. carm. 1. 3. 4 uel 3. 27. 20; num Laevianum aliquid?
 KB φ(SWVTVM); ex §§3-29 pendunt 'Apul.' Mund. 13-14, 7. 14. 20, 9 Non. 72 (50. 16-24)
 2 sidus| insidiis V 3 uideatur P: uidetur αED5 φ 4 a bubus| abubis P?
 a bobus WM: ambobus D 5 appellauerunt φ 9 appellatiue P singl.
 sunt DS sunj| sint w* 12 est Lion: esse Εφ enim om. φ illud:
 ad quod posterius est referendum* 13 esse Hertz 1853: esset ut Εφ: esse:
 ut (inque) Hertz uiderentur sc. stellae: uideretur rec. 19 *Iapyx Marshalli*
 1960: 479: *Ἰάπυξ Εφ* (etiam R) 21 appetebamus D φ 22 quia| qui ad ap?

appellationibus eorum neque de finibus neque de numero conueniret.

3 Tum Faurorinus ita fabulatus est: 'Satis' inquit 'notum est limites regionesque esse caeli quattuor: exortum, occasum, meridiem, septentriones. 4 Exortus et occasus mobilia et uaria sunt, meridies septentrionesque statu perpetuo stant et manent. 5 Oritur enim sol non indidem semper, sed aut aequinoctialis oriens dicitur, cum in circulo currit qui appellatur *ἰσημερινός*; aut solstitialis, quae sunt *θερινὴν τροπῆν*; aut brumalis, quae sunt *χειμερινὴν τροπῆν*. 6 Item cadit sol non in eundem semper locum; fit enim similiter occasus eius aut aequinoctialis aut solstitialis aut brumalis. 7 Qui uentus igitur ab oriente uerno, id est aequinoctiali uenit, nominatur Eurus ficto uocabulo, ut isti etymologici aiunt, ὁ ἀπὸ τῆς ἡδὸς πέειν. 8 Is alio quoque a Graecis nomine *Ἀφελιώτης*, Romanis nauticis Subsolanus cognominatur. 9 Sed qui ab aestiua et solstitiali orientis meta uenit, Latine Aquilo, Boreas Graece dicitur, eumque propterea quidam dicunt ab Homero *αἰθρηγενέτην* appellatum; Boream autem putant dictum ἀπὸ τῆς βοῆς, quoniam sit uiolenti flatus et sonori. 10 Tertius uentus, qui ab oriente hiberno spirat, Volturnum Romani uocant; eum plerique Graeci mixto nomine, quod inter Notum et Eurum sit, *Ευρόπορον* appellant. 11 Hi sunt igitur tres uenti orientales: Aquilo, Volturmus, Eurus, quorum medius Eurus est.

7 indidem PRD5W: ididem V: indem C: in diem ST: idem Y: ibidem M 9 (aut brumalis) quae| Εφ, corr. Gronovius 1687: 51-2 13-15 ficto—*Ἀφελιώτης* om. R
 14 etymologici scripsi: etymologici D: ε-τ-τ-υ-α-ο-ο-ρι-α-ι, fere αPRφ: *ετυμολογικοί* s*
 5-πέειν om. φ 15 ἀπηλιώτης rec.* (a) romanis rec., sed u. R-Si, -Th. i.
 300-1 16 orientis om. φ 17-19 eumque—sonori om. R: —appellatum om. φ 18 *αἰθρηγενέτην* Latinis litteris codd. 'Apul.' Boream| borea RM: Boream quidam codd. 'Apul.' 19 ἀπὸ τῆς βοῆς, non τοῦ, nam ex re nomen habet
 20 Tertium uentum T. Ascensius 1524: an eum ante Volturnum *τραϊθενῆν*?
 21-2 eum—appellant om. RP

quoque ille Atabulus, quos ipsos quoque exsecutus fuit; addis-
dissemque eos qui Etesiae et Prodrumi appellabantur, qui certo
tempore anni, cum canis oritur, ex alia atque alia parte caeli
spirant, rationesque omnium uocabulorum, quoniam plus
paulo adbibit, effutissem, nisi multa iam prosus omnibus uobis
reticentibus uerba fecissem, quasi fieret a me ἀκρόασις ἐπίδειξις
tica. 26 In conuiuio autem frequenti loqui solum unum neque
honestum est' inquit 'neque commodum.'

27 Haec nobis Faurinus in eo quo dixi tempore apud mensam
suam summa cum elegantia uerborum totiusque sermonis
comitate atque gratia denarrauit. 28 Sed quod ait uentum qui
ex terra Gallia flaret Circium appellari, M. Cato in libris origi-
num eum uentum Cercium dicit, non Circium. 29 Nam cum de
Hispaniis scriberet qui citra Hiberum colunt, uerba haec posuit
'Set in his regionibus ferrariae, argentifodinae pulcherrimae,
mons ex saepe mero magnus; quantum demas, tantum adcrescit
Ventus Cercius, cum loquere, buccam implet, armatum homi-
nem, plaustrum oneratum percellit.'

30 Quod supra dixi Ἐγγύακ ex alia atque alia parte
caeli flare, haut scio an secutus opinionem multorum temere
dixerim. 31 P. enim Nigidii in secundo librorum, quos de uento

§29 FRHist 5 F116 = lib. 5 fr. 98 CSBC §31 fr. 104 Sw.

1 Ille quoque R; an {quoque} ille? Atabulus Beroldius 1488: [βζ]'-[α]f' ex Horatio?
Atabulus A, 'u.c.' Vrsini: ad apulos aP5φ: apud apulos RD* ipsos A: ipse Eφ
excutus A fui As: fuit ξφ 2 appellabantur] appellantur AK*TM 3 or-
tun] lucusque A 5 effutissem Hostius post Gebhardum 1618: 39 (effutissem contra
auctoris usum): effutis(s)sem aP8f: effutissem D5Tm: adfugissem Y: ad ssem M
prosus RC: prosus VPD5φ 6-7 quasi-epidictica om. φ 6 quasi de Buxis
quam E 5-6 epidictica scripti: εἰρημνητικὰ C: εἰρημνητικὰ VPm
ἐπιδεικτικὴ 5* inter 26 et 27 XV uersus uacuos reliquit R quasi deficiente exemplari
nihil tamen omissum est 9 quod VRφ dixit (dix) V 13 dicit lucusque φ
15 ferrariae rec.: -ree E 16 adorescit P: adorescit R 19 dixit Gronovius
1687: 54, sed Gellius personam Faurini iam deposuit Ἐγγύακ de Buxis: ἀρτεσιακὴ V
ἀρτεσιακὴ PR: ἀκροασις C: spat. D: Ἐγγύακ 5 20 an R: aut aPD

composuit, uerba haec sunt: 'Et Ἐγγύακ et Austri anniuersari
secundo sole flant.' Considerandum igitur est, quid sit secundo sole.

26 De uento Iapyge, deque aliorum uentorum uocabulis regionibusque accepta
27 Faurini sermonibus.

KI

23

31 Comoedias lectitamus nostrorum poetarum sumptas ac
uersas de Graecis Menandro aut Posidippo aut Apollodoro aut
Alexide et quibusdam item aliis comicis. 2 Neque cum legimus
eas nimium sane displicent; quin lepide quoque et uenuste
scriptae uidentur, prorsus ut melius posse fieri nihil censeas.
3 (S)et enim si conferas et componas Graeca ipsa unde illa
uenerunt, ac singula considerate atque apte iunctis et alternis
lectionibus committas, oppido quam iacere atque sordere
incipiunt quae Latina sunt, ita Graecarum quas aemulari nequi-
uerunt facietis atque luminibus obsolescunt.

4 Nuper adeo usus huius rei nobis uenit. 5 Caecili Plocium
legebamus; hautquaquam mihi et qui aderant displicebat.
6 Libitum est Menandri quoque Plocium legere, a quo istam
comoediam uerterat. 7 Sed enim postquam in manus Menander
uenit, a principio statim, di boni, quantum stupere atque frigere
quantumque mutare a Menandro Caecilius uisus est! Diomedis
Hercle arma et Glauci non dispari magis pretio existimata sunt.
8 Accesserat dehinc lectio ad eum locum in quo maritus senex
super uxore diuite atque deformi querebatur, quod ancillam
suam, non inscito puellam ministerio et facie haut inliberali,

1 et C: om. D 6 Posidippo Cornelius (Possi): posidio aPD: possidonio Re
9 uidentur Stephanus 1585b: 193, Pr. Staatsch: uideantur E* 10 Set Hertz: et E
15-Caecili VPR: lii CD5 17 est de Buxis: et E* 18 uerterat R: uerteret aPD
21 arma D: arma ita rec.: amerca fere aP85 24 inliberari VR

coactus erat uenundare suspectam uxori quasi paelicem. Nihil dicam ego, quantum differat; uersus utrimque eximi iussi et aliis ad iudicium faciendum exponi. 9 Menander sic:

ἐπ' ἀμφοτέρα νῦν ἡ πικλήρος ἡ κ(αλή)
 μέλλει καθευδῆσειν. κατείργασται μέγα
 καὶ περιβόητον ἔργον· ἐκ τῆς οἰκίας
 ἐξέβαλε τὴν λυπούσαν ἢν ἐβόλετο,
 ἢν ἀποβλέπωσιν πάντες εἰς τὸ Κρωβύλην
 πρόσπων, ἢ τ' εὐγνωστός οὐκ' ἐμῇ γυνῇ
 δέσπονα. καὶ τὴν ὄψιν ἢν ἐκτίσατο.
 ὄνος ἐν πιθήκοις, τοῦτο δὴ τὸ λεγόμενον
 ἐστίν. αἰωπᾶν βούλομαι τὴν νύκτα τὴν
 πολλῶν κακῶν ἀρχῆν. οἴμοι Κρωβύλην
 λαβεῖν {ἐ}με καὶ {δω}δεκα τάλαντα (φερομένην,
 τὴν) ῥῶν' ἔχουσαν πῆχεος. εἰτ' ἐστὶ τὸ
 φρύαγμα {εἰ} πῶς {ἀν}ηποστατόν; (μὰ τὸν) Δία
 τὸν Ὀλύμπιον καὶ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐδαμῶς.
 παιδικάριον θεραπευτικὸν δὲ καὶ λόγου
 τάχιον ἀπαγέθω δέ· τίς ἄρ' ἀντεισαγάγοι;

§9 fr. 296 K.-A.

2 utrimque [= ex utroque] APR : utrumque D : utriusque S : eximi iussi Gronovius 1687: 55 : eximius si VP; (si) R : eximiusque si D 4 ε-π-αν- P Graciai
 pleraque posthac omisiturs ΝΤΝ C : ΝΙΝ V ἡ πικλήρος Scaliger ap. Thomaesium
 1592: sig. f5' : ἐπικλήρος V5 : ΕΠΙΚΛΗΡΟΙ : 8C. C κ(αλή) Ribb.; Haupt 1855: 5 = 3
 1875-6: ff. 92 5 μέλλει Scaliger : μέλλειν S : μελλει IN V καθευδῆσειν
 S : καθευδῆσει V κατείργασται D'Orvilleus 1750: 660 : κατεργάσασα S
 9 οὐκ' ἐμῇ Haupt 5 = 92-3 : τ' οὐκ' ε-με V : εἰχέ με fere S 10 ἢν Grothius 1626: 987 :
 ὄψιν S 11-12 τοῦτο—ἐστίν Haupt 6 = 93 : τοῦτο δὲ τὸ λεγόμενον ἐστίν δὴ
 τοῦτο fere S 14 ἐμῇ S, corr. Höfjord-Strevens 1984: 146 14 {δω}δεκα
 Höfjord-Strevens ibid. : an {νῶ} δέκα (Lloyd-Jones per litt.)? {φ. τῆν} add. Koch
 1880-8: ff. 115 15 ῥῶν' ἔχουσαν Koch : ΓΕΙΝΕΟΤΕΑΝ V : γυναικα ὄδων
 fere S 16 πῶς Sprengel 1829: 41 : εἰπὼς fere S : ε-ικ-τωε V ἀνποστατόν
 S, corr. Sprengel 1829: 41 : εἰπὼς fere S : ε-ικ-τωε V ἀνποστατόν
 {Δ.Ν.Τ.Ι.Ο.Α.Τ.Α.Τ.Ο.Ι. V} : πόλις Ἰάττων (ἀντεμύειν.) (Höfjord-Strevens 1984: 146) ἀπαγέθω
 (Lloyd-Jones per litt.) : τί γὰρ ἂν τις λέγοι; (Thierfelder 1959: 295) Menander

10 Caecilius autem sic:

is demum miser est, qui aerumnam suam nequit occult[ar]le fere; 142-3
 ita me(d) uxor forma et factis facit, si taceam, tamen indicium. 143-4
 Quae nisi dotem, omnia quae nobis habet: qui sapiet, de me discet, 144-5
 qui quasi ad hostes captus liber seruius salua urbe atque arce. 146
 Dum ego eius mortem inhio, egomet uiuo u inter uiuos mortuus— 148
 quae mihi quidquid placet eo priuat, uin eam seruata[m] (uelim)? 147

Ita me clam se cum mea ancilla ait consuetum, id me arguit;
 ita plorando orando instando atque oburgando me obtudit,
 eam uti uenderem; nunc credo inter suas
 aequalis et cognatas sermonem serit:
 'quis uestrarum fuit integra aetaula,
 quae hoc idem a uiro

impetrarit suo, quod ego anus modo 155
 effeci, paelice ut meum priuarem uirum?
 haec erunt concilia hodie;
 differat sermone miser. 157a
 157b

11 Praeter uenustatem autem rerum atque uerborum in duobus libris nequaquam parem, in hoc equidem soleo animum attendere, quod quae Menander praeclare et apposite et facete scripsit, ea Caecilius ne qua potuit quidem conatus est enarrare, 12 sed quasi minime probanda praetermisit et alia nescioqua mimica inculcauit, et illud Menandri de uita hominum media

§10 uu. 142-57 R.

10 u. 140 is—occultare F; u. 148 dum—inhio Non. 806 (502. 12)

1-16 Caecilius—miser A, quae prima dispexit Fohlen 1979: 203, 216 2 qu'il quia
 VP^{ae} nequit] nescit D, sed u. Quæsta 1984: 383-8 occultare S.F, corr. Seyffert 1884:
 175 : occulta re sine exemplo Leo 1898: 11 n. 3 = 1960: i. 132 n. 1, Lindsay 1900: 59 : oc-
 cultate Lindsay 1922: 316 3 me(d) Seyffert 1884: 175 4 liber rec. : libere
 S 5-6 permittat Ribb. 1 5 dum (ego) Non. inter uiuos post mortuus S,
 corr. Bothe 1834: ii. 142 : post egomet Ribb. 2 6 priuat D, Bothe : priuatu aPRs uin
 eam scripsi : uin (uirum D) me S seruata[m] uelim Ribb. 1 : seruatum aPRs : et
 seruum D 10 aequalis VP^{ae} 11 nostrarum C5 16 differat R. :
 differor S, quod tuentur Frairia 1970: 50-1 n. 2, Jocelyn 1985: 11
 22 mimica] inimica RD

sumptum simplex et uerum et delectabile nescioquo pacto omisit. Idem enim ille maritus senex cum altero sene uicino colloquens et uxoris locupletis superbiam deprecans haec ait:

ἔχω δ' ἐπίκληρον Λάμιαν· οὐκ εἴρηκά σου
 τουτί γάρ; (B.) οὐχί. (A.) κυρίαν τῆς οἰκίας
 καὶ τῶν ἀγρῶν καὶ (τῶν ἀ)πάντων ἀντικτικῶν
 ἔχομεν. (B.) Ἀπολλων, ὡς χαλεπὸν. (A.) χαλεπώτατον.
 ἅπανι δ' ἀργαλέα τῶν, οὐκ εἰμὶ μόνω,
 υἱῶ πολὺ μάλλον, θυγατρὶ. (B.) πρῶγμ' ἄμαχον λέγεις.
 (A.) εὖ οἶδα.

13 Caecilius uero hoc in loco ridiculus magis quam personae isti quam tractabat aptus atque conueniens uideri maluit. Sic enim haec corripit:

(A.) Sed tua morosane uxor, quaesco, est? (B.) Val rogas?
 (A.) Quí tandem? (B.) Taedet mentionis, quae mihi,
 ubi domum adueni adseidi, extemplo sauium
 dat ieiuna anima. (A.) Nil peccat de sauio:
 ut deuomas uult quod foris potaueris.

14 Quid de illo quoque loco in utraque comoedia posito existimari debeat manifestum est, cuius loci haec ferme sententia.
 15 Filia hominis pauperis in peruigilio uitiata est. 16 Ea res clam patrem fuit, et habebatur pro uirgine. 17 Ex eo uitio grauida mensibus exactis parturit. 18 Seruus bonae partum erili filiae atque foribus domus staret et propinquare partum erili filiae atque

§ 12 fr. 297 § 43 uu. 158-62
 1 uerum] ueru VP: uerum D 4 ε.α.ω α.ε.α.ω : qi.Δ.ε|P εττι.κ.α.λ.η.θ.ον
 V: ε.π.ι.κ.α.λ.η.θ.ον C 5 distinxit Lloyd-Jones per lit.: τουτι γάρ οὐχί uicino dederat
 Kaird ap. Körte 1950 = 1959: 123 : τουτ' εἴτ' ἄρ' ἔρε 5 6 suppl. Kock III. 117 :
 τῶν πατρῶων ait inuenisse se Thyssus ἀντικτικῶν Spengel 1839: 42 : ἀντ' ἐκείνησ ἔρε 5
 9-10. sua cuique tribuit Heringa 1749: 254 13 corripit P^{ac} 14 ua Ribb.²: qua
 me RCD: quam e-P: quam err-V 16 adseidi Non.: ac sedi E 18 foris de
 Buxis: totis PRC: thoris VD potaueris Jenson: puiauenis E 21 uitiata (nun-
 ciata V^{ac}) est] est uiciā R 22 eo om. P

omnino uitium esse oblatum ignoraret, gemitum et ploratum audit puellae in puerperio enitentis: timet, irascitur, suspicatur, miseretur, dolet. 19 Hi omnes motus eius affectionesque animi in Graeca quidem comoedia mirabiliter acres et illustres, apud Caecilium autem pigra istaec omnia et a rerum dignitate atque gratia uacua sunt. 20 Post, ubi idem seruus percontando quod acciderat repperit, has apud Menandrum uoces facit:

ὦ τρικακοδαίμων, ὅστις ὦν πένης γαμέει
 καὶ παιδοποιεῖθ'. ὡς ἀλογιστὸς ἐστ' ἀνήρ,
 ὅς μήτε φυλακῆν τῶν ἀναγκαίων ἔχει
 μήτ' ἂν ἀνυχίεαι εἰς τὰ κοινὰ τοῦ βίου
 ἐπαμφίεσαι δύναται τοῦτο χρήμασιν,
 ἀλλ' ἐν ἀκαλύπτῳ καὶ ταλαιπώρῳ βίῳ
 χεμιζόμενος ζῆ, τῶν μὲν ἀνιαρῶν ἔχων
 τὸ μέρος ἑπάντων, τῶν δ' ἀγαθῶν οὐ δυνάμενος.
 ὑπέρ γὰρ ἐβὸς ἀλέγων ἅπαντας νουθετῶ.

21 Ad horum autem sinceritatem ueritatemque uerborum an aspirauerit Caecilius consideremus. Versus sunt hi Caecili trunca quaedam ex Menandro dicentis et consarcientis uerba tragici tumoris:

is demum (infelix) infortunatust homo,
 pauper qui educit in egestatem liberos,

170

§ 20 fr. 298: u. 1 = [Men.] 851 § 21 uu. 169-72
 3 miseretur post dolet D: om. P affectionesque CD5: affectionisque VPR²
 5 istaec Hertz 1853 post Jac. Gronovium: ista haec aPR: istoc D 7 inde a-ciderat A
 8 ω.π.ι.ε.κ.α.λ.η.θ.ον C: ω.π.π. P γαμέει Stobaeus 4. 22^b. 31 (fr. 514 W-H): ἀνήρ E
 9 παιδοποιεῖθ' Stobaeus: παιδοποιεῖ E 11 ἀνυχίεαι Stobaeus: ἀνυχίη E
 15 τῶν δ' Stobaeus: om. E οὐ δυνάμενος E, Stobaeus: οὐδὲν μέρος Zeddelius 1791:
 365; Gaisford in editione Stobaei, prob. Cobet 1876: 451-2, in Menandro quidem recte
 16 ὑπέρ...ἀλέγων ἔρε E et fort. ipse Gellius: περι...λέγων Cobet 1876: 452 :
 ὑπέρ...ἀλέγων Grotius 1623: 541^a 17 (ueritatem) ueritatemque P 18 a(d)
 spirauerit A: aspirauerat E 19 consarcientis A: consarcinantis E 21 (in-
 felix) Hofford-Streuous 1984: 147 infortunatust Spengel 1819: 40 (infortunatus est de
 Buxis) est infortunatus Q 22 in hucusque A

cui fortuna et res ut sit continuo patet.
Nam opulento famam facile occultat factio.

22 Itaque, ut supra dixi, cum haec Caecilii seorsum lego, neutramquam videntur ingrata ignauaque, cum autem Graeca comparo et contendo, non puto Caecilium sequi debuisse quod assequi (non qui)ret.

K¹ Consultatio diiudicatioque locorum facta ex comoedia Menandri et Caecilii quae Ploctum inscripta est.

24

KA

1 Parsimonia apud ueteres Romanos et victus atque cenarum tenuitas non domestica solum obseruatione ac disciplina, sed publica quoque animaduersione legumque complurium sanctionibus custodita est. 2 Legi adeo nuper in Capitonis Atelectaneis senatus decretum uetus, C. Fannio (et) M. Valerio Messala coss. factum, in quo iubentur principes ciuitatis qui ludis Megalensibus antiquo ritu mutarent, id est mutua inter sese dominia agitare, iurare apud consules uerbis conceptis non amplius in singulas cenas sumptus esse facturos quam centenos uicenosque aeris praeter olus et far et uinum, neque uino alienigena sed patriae usuros, neque argenti in conuiuio plus pondo (quam) libras centum inlaturos.

KA §2 lib. inc. fr. 3

KA §1 Γ

1 sit scripti, cf. Ter. HT 284 : est E : quociei ut fortuna et res est Hofjord-Strevent 1984: 147 2 factilem E, corr. de Buxis 6 add. Hofjord-Strevent 1994: 480-1 : assequi (nequ)ret contra usum auctoris de Buxis : assequeret VPR : assequeret C : assecutus est D : assequeretur s 12 egi P at ei P : actei ab 13 deteui 16 sese] se CD dominia] domina P : conuiuia Egratius, sed cf. Cair De og. cul. 146. 2. CIL vi. 33647. 9 temp. Diui Neruae, Boot 1887: 3. THLL v/1. 1892. 64-75 20 del. Gronovius 1687: 58

148

3 Sed post id senatusconsultum lex Fannia lata est, quae ludis Romanis, item ludis plebeis et Saturnalibus et aliis quibusdam diebus in singulos dies centenos aeris insumi concessit decemque aliis diebus in singulis mensibus tricenos, ceteris autem diebus omnibus denos. 4 Hanc Lucilius poeta legem significat cum dicit 'Fanni centussis misellus'. 5 In quo errauerunt quidam commentariorum in Lucilium scriptores, quod putauerunt Fannia lege perpetuos in omne dierum genus centenos aeris statutos. 6 Centum enim aeris Fannius constituit, sicuti supra dixi, festis quibusdam diebus eosque ipsos dies nominauit, aliorum autem dierum omnium in singulos dies sumptum inclusit intra aeris alias tricenos, alias denos.

7 Lex deinde Licinia rogata est, quae cum certis diebus, sicuti Fannia, centenos aeris impendi permisisset, nuptis duceos indulgit ceterisque diebus statuit aeris tricenos; cum et carnis autem et salsamenti certa pondera in singulos dies constituisset, quidquid esset tamen e terra uite arbore promisce atque indefinite largita est. 8 Huius legis Laeuus poeta meminit in Erotopaegniis. 9 Verba Laeui haec sunt, quibus significat haec dum qui ad epulas fuerat adlatus dimissum, cenamque ita ut lex Licinia sanxisset pomis oleribusque instructam:

lex Licinia (inquit) introducitur,
lux liquida haedo redditur.

§3 fr. 3 Strz. §4 u. 1172 §9 fr. 23 FLP/PP1

6 Isellus inc. A : misellus Pr. Doust 1597: 46. 107, coll. Mart. 3. 7. 1 : misellos G : miselles del. detertora s 7 (a)putauerunt A 8 legem A 11 singulos] singulis VPR sumptum A : sumptus VPRD₂ : sumptis C 13 certis] centis P : ceteris C sicuti] sicum A 14 acenienos V nubris A : nuptis adS : nuptus P² 16 constituisset A : constituit sed E 17 et errauit te V : et errauit e P tenra huacque A promisce atque D, Carrio : promisceat (promissecta V²) que E 18 Laeuus Carrio : Ielius E 19 Laelli Carrio : Ielii E 20 ablatius P 21 sanxis sed V 23 liquida] I-Laurectius quater : licuida Haet 1891: 8 : liquidula Facite Leo 1914: 480 n. 1

149

10 Lucilius quoque legis istius meminit in his uerbis 'legem uitemus Licini'.

11 Postea L. Sulla dictator, cum legibus istis situ atque senio obliteratis plerique in patrimoniis amplis helluarentur et familiarum pecuniamque suam prandiorum (conuiuiorum) que gurgibus profuissent, legem ad populum tulit qua cautum est ut Kalendis Idibus Nonis diebusque ludorum et feriis quibusdam sollempnibus sestertios trecentos in cenam insumere ius potestasque esset, ceteris autem diebus omnibus non amplius tricenos.

12 Praeter has leges Aemilianam quoque legem inuenimus, qua lege non sumptus cenarum, sed ciborum genus et modus praefinitus est. 13 Lex deinde Antia praeter sumptum aeris id etiam sanxit, ut qui magistratus esset magistratumue capturus esset ne quo ad cenam nisi ad certas personas itaret. 14 Postremo lex Iulia ad populum peruenit Caesare Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti finiuntur, Kalendis Idibus Nonis et aliis quibusdam festis trecenti, nuptiis autem et repotiis sestertii mille.

15 Esse etiam dicit Capito Ateius edictum.—Diuine Augusti autem Tiberii Caesaris non satis commemorari—quo edicto per diueras uarias sollempnitates a trecentis sestertiis adusque duo sestertia sumptus cenarum propagatus est, ut his saltem finibus luxuria effluenscentis aestus coerceretur.

KA De uetere parsimonia; deque antiquis legibus sumptuariis.

§10 u. 1200 §15 fr. 8 Strz. edictum Diuo Augusto tribuit Holford-Streuens 1971: 288

2 Licini de Buxis: licinii E 3 dicator cum] dicitat horcum V^{ac}: dicatorcum P: dicitat orcum R 4 plerisque aPR 5 add. Hertz: (cenarum) prandiorumque Salmasius ap. Gronovium 1687: 59; prandiorum D, fort. recte 8 trecentos Hotomonus 1588: 181; tricenos E 10 has (quoque) V: (autem) C 12 Antia CD, cf. Macrobb. Sat. 3. 17. 13: antia VPR 14 postremo V⁵: postrema PRCD 17 repotiis D, de Buxis: repotii P: repotu a: repni R 17-18 mille. Esse Budaeus 1514: 131: milies (miles C) esse (c c D) E 18 at etus aFD Diuine de Buxis: diuine (que) VPR, (tue) C, (memorie) D: diui nerue 5 20 sestertia Hertz 1853: aPR (P): milia 5 21 propaccatus V: propaccatus PR

KE

In Latino sermone, sicut in Graeco, alii analogiam sequendam putauerunt, alii ἀνωμαλία: 2 ἀναλογία est similitum similis declinatio, quam quidam Latine proportionem uocant; 3 ἀνωμαλία est inaequalitas declinationum consuetudinem sequens. 4 Duo autem Graeci grammatici illustres Aristarchus et Crates summa ope ille analogiam, hic ἀνωμαλίαν defensitauit. 5 M. Varronis liber ad Ciceronem de lingua Latina octauus nullam esse observationem similitum docet inque omnibus paene uerbis consuetudinem dominari ostendit:

6 Sicuti cum dicimus (inquit) lupus lupi (et) probus probi, et lepus leporis, item paru paruui et lauo laui, pingo pingui et tundo tunduui, et pingo pingui. 7 Cumque (inquit) a cenno et prandeo et potio (et) cenatus sum et pransus sum et potus sum dicamus, a dextringer tamen et extergeo et lauro dextrinxi et extersi et laui dicimus. 8 Item cum dicamus ab Osco Tusco Graeco Osce Tusce Graece, a Gallo tamen et Mauro Gallice et Maurice dicimus; item a probus probe, a doctus docte, sed a rarus non dicitur rare, sed alii raro dicunt, alii rarenter.

9 Inde M. Varro in eodem libro 'Sentior' inquit 'nemo dicit et id per se nihil est, adsentior tamen fere omnes dicunt. Sisenna unus adsentio in senatu dicebat et eum postea multi secuti,

§4 fr. 105 Broggiato §85-10 LL p. 146 G.-S. = fr. 5 Kent §9 FRHist 26 F10a

1 analogiam aP: analogiã RD* 2 anononomaia R: spat. D ἀναλογία VP^s: analogia RCD 3 quidem RD anomalia RD 6 analogiam V: analogian FC: analogiã RD anomaliã RD 7 ad D^s: om. aPR 10 additi 11 (et) laui aP tududi R: tudidi D 12 a cenno ageno aPR deleui 14 ad est ringor VR labor aPR dextrinxi aR 14 dicimus CD 15 a¹ s: et D: om. aPR 16 a² D^s: om. aPR inde ab alii rarenter A 18 Inde (idem uel item qñt) M. Varro 5: eodem Varro A: Inde mauro VPR: Inde mauro C eadem V^{ac} sentior A 20 in senatu] quippe ubi sollempne esset adsentior illi dicere (Holford-Streuens 1983: 144) eum] cum AR

12 Q. quoque Mucium iureconsultum dicere solitum legi non esse usurpatam mulierem quae, cum Kalendis Ianuariis apud uirum matrimonii causa esse coepisset, ante diem IIII Kalendas Ianuarias sequentes usurpatum isset; 13 non enim posse impleri trinoctium quod abesse a uiro usurpandi causa ex duodecim tabulis deberet, quoniam tertiae noctis posteriores sex horae alterius anni essent, qui inciperet ex Kalendis.

14 Ista autem omnia de dierum temporibus et finibus ad obseruationem disciplinamque iuris antiqui pertinentia cum in libris ueterum inueniremus, non dubitabamus quin Vergilius, quoque id ipsum ostenderit, non exposite atque aperte, sed, ut hominem decuit poeticas res agentem, recondita et quasi operta ueteris ritus significatione:

15 torquet (inquit) medios Nox umida cursus
et me saeuus equis Oriens afflauit anhelis.

16 His enim uersibus oblique, sicuti dixi, admonere uoluit diem, quem Romani ciuilem appellauerunt a sexta noctis hora oriri.

B Quemnam esse natalem diem M. Varro dicit, qui ante noctis horam sextam postue eam nati sunt, atque inibi de temporibus terminisque dierum qui ciuiles, nominantur et usquequaque gentium uarie obseruantur; et praeterea quid Q. Mucius scripserit super ea muliere quae a marito non iure se usurpauisset, quod rationem ciuilibus anni non habuerit.

I

1 Verum esse comperior quod quosdam bene litteratos homines dicere audiui, qui plerasque Plauti comoedias curiose atque

§§12-13 Q. Mucius fr. 7 H.-S.-K. XII Tabb. VI 5 (b) §15 Aen. 5. 738-9

1 Q. *Macrob.* §9 : om. *E* quodque *C* Mutium quoque *D* 6 posteriores *D*, *Macrob.* : posteriores *aPR* (*praecedente noctis*) 7 inciperet *rec.*, *Macrob.* : incipient *E* 8 ista *VD* : ista *C* : iste *PR* ad *D* : om. *aPR* 9 disciplinae *D* : discipuli namque *aPR* 13 opera *D*, *Macrob.* §10 : aperta : *aPR* 14 medios *D*, *Verg.*, *Macrob.* : media *aPR*

contente lectitarunt non indicibus Aelii nec Sedigiti nec Claudii nec Aurelii nec Accii nec Manilii super his fabulis quae dicuntur ambiguae crediturum, sed ipsi Plauto moribusque ingeni atque linguae eius. 2 Hac enim iudicii norma Varronem quoque usum uidemus. 3 Nam praeter illas unam et uiginti quae Varronianae uocantur, quas idcirco a ceteris segregauit quoniam dubiosae non erant, set consensu omnium Plauti esse censebantur, quaedam item alias probauit, adductus filo atque facetia sermonis Plauto congruentis easque iam nominibus aliorum occupatas Plauto uindicauit, sicuti istam quam nuperrime legebamus, cui est nomen *Boeotia*. 4 Nam cum in illis una et uiginti non sit et esse Aquili dicitur, nihil tamen Varro dubitauit quin Plauti foret, neque alius quisquam non infrequens Plauti lector dubitauerit, si uel hos solos ex ea fabula uersus cognouerit, qui quoniam sunt, ut de ipsius Plauti more dicam, Plautinissimi, propterea et meminimus eos et ascripsimus. 5 Parasitus ibi esuriens haec dicit:

ut illum di perdat, primus qui horas repperit,
quiue adeo primus statuit hic solarium!

qui mihi conminuit misero articulatim diem.

Nam (unum) me puero uenter erat solarium

multo omnium istorum optimum et uerrissimum.

ubi is te monebat esses, nisi quom nil erat.

Nunc etiam quom est, non estur, nisi soli libet;

§5 fr. uu. 22-30 Monda

1 Sedigiti *Aldebraradus* : sedigiti *RC* : sedigiti *D* : se digiti *VP* 3 crediturum *Gronovius* 1667 : 72 : creditorum *G* : credituros *S* moribus *V* : motibus *C* : in omnibus *R* ingeni *P* : ingeni *aR* : ingeni (eius) *D* 4 enim etiam *Ohlo** 8 probauit *D* : probabit *aPR* faceti asermonis *V* 10 istam] isti *P* 11 boetia, *fr* *E*, *corr.* *Aldebraradus* 14 si uel de *Buxis* : siue *aPR* : simul *D* 15 ipsius *Ciacconius* : illius *E* (Plauti) *Carrio* 21 *suppl. Hertz* 1868b : 19 = 1886 : §3 : (olim) *Ritschl* 1845 : 83 uenter *Salmastius* 1629 : t. 650^c : ueter *aRD* : uetet *P* : uetus *S* 23 is te *Aluise prim* *Dziatzko* 1883 : 448, *Leo* 1895-6 : it. 527 esses *Dziatzko*, *Leo*, quod pro *edebatur* positum uidentur : esse *E** nil *Osann* 1816 : 13 tacte : ni(c)hil *E** quom *Bothe* 1840 : ill. 556 : quod *aPR* : quid *R* 24 estur de *Buxis* : est *E*

itaque adeo iam oppletum oppidum est solaris,
maior pars populi¹¹ aridi reptant fame.

6 Fautorinus quoque noster, cum *Nervulariam* Plauti legerem,
quae inter incertas habita est, et audisset ex ea comoedia uer-
sum hunc,

†scratrae scrupedae stritruillaet sordidae,

delectatus facta uerborum antiquitate meretricum uitia atque
deformitates significantium, 'uel unus hercle' inquit 'hic uersus
Plauti esse hanc fabulam satis potest fidei fecisse.'

7 Nos quoque ipsi nuperrime, cum legeremus *Pretum*,
nomen est id comoediae quam Plauti esse quidam non putant,
haut quicquam dubitauimus quin ea Plauti foret et omnium
quidem maxime genuina. 8 Ex qua duo hos uersus exscripsi-
mus ut historiam quaereremus oraculi Arretini:

nunc illud est quod Arretini responsum ludis mag(n)is (dicitur):
peribo si non fecero, si faxo uapulabo.

§6 fr. u. 99

§8 fr. uu. 75-6

§6 Non. 248 (169. 9-11)

1 (iam) adeo D, quod si arriatet, ita(que) legendum est est oppidum E, corr.
Bothe 3 *Nervulariam*] auilularia codd. Noni 6 scratrae scrupedae stritruil-
lae] nec quid huic sibi uelint nec quomodo recte scribantur nouimus, licet Varro LL 7. 65 (qui
uersum *Cisulariae* tribuit) explicare conetur esrat]p]te crupede stritibile codd. Non. :
Scratries ruppe]ides stritabile cod. Varronis (Flor. BML pl. 51. 10) scrat]e] scra]te] V¹⁶ : se-
crate V¹⁶ : serat]te D scrupedae] Scruppidam aure]us scribit auscaur]peda cod. Varronis :
d]i]l]l]a uu. dd. stritruille V : stritruille R : stratruille CD sordidae] lan-
tulae Varro, unde edenuluae Loeue 1876: 282 7 faceta de Buxis : faceta E (facessa
C) 10 ipsi s : ipse § Pretum] Pretum D : Peretrum Ritschl 1845: 130 13 duo:
VPR : duos Ds : ij C 14 Arretini aPR : aretini D : ur]un]que et ar]etini s de oracul-
lis sine sortibus Arretinis u. Champeaux 1990: 287-93 15 Arretii casu locat]uo Hof]ford-
Stevens 2003: 44 n. 85 : arretini uel aretini uel aretini ut supra E : Arretii Hertz 1868B: 18-19
= 1886: 63-6 (post responsum Leo), quod se]um geneti]ue a Plauti aequalibus dicebatur : del. Pr.
Skutsch, dicitur hic braic]ro' ludis magnis Hertz 1863 : ludis magnis § : magnis ludis (uel
laudis) s : magnis ludis de Buxis : ludis Göt]z 1894: 148. cf. Couazza 1995: 67 del. Couazza
67-8. qui de responsum]st scribendo cogitauit (in Plautio quidem recte)

9 M. tamen Varro in libro de comoediis Plautinis primo Accii
uerba haec ponit: 'Nam nec *Geminei* le(n)ones nec *Corradium* nec
Annus Plauti nec *Bis compressa* nec *Boeotia* umquam fuit neque
adeo *Agroecus* neque *Commorientes* Macci Titi.'

10 In eodem libro Varronis id quoque scriptum est, Plautium
fuisse quempiam poetam comoediarum, (cuius) quoniam
fabulae PLAVTI inscriptae forent, acceptas esse quasi Plautinas,
cum essent non a Plauto Plautinae, sed a Plautio Plautianae.

11 Feruntur autem sub Plauti nomine comoediae circiter cen-
tum atque triginta; 12 sed homo eruditissimus L. Aelius quinquē
et uiginti eius esse solas existimauit. 13 Neque tamen dubium
est, quin istaec quae scriptae a Plauto non uidentur et nomini
eius addicuntur ueterum poetarum fuerint, et ab eo retractatae
expolitaque sint, ac propterea respiciant stilum Plautinum.

14 Sed enim *Saturionem* et *Additum* et tertiam quandam,
cuius nunc mihi nomen non subpetit, in pistrino eum scrip-
sisse Varro et plerique alii memoriae tradiderunt, cum pecunia
omni quam in operis artificum scaenicorum pepererat in mer-
catibus perditā inops Romam redisset et ob quaerendum uic-
tum ad circumagendas molas quae trusatiles appellantur
operam pistori locasset; 15 sicuti de Naeuio quoque accepimus
fabulas eum in carcere duas scripsisse, *Harriolum* et *Leontem*, cum
ob assiduam maledicentiam et probra in principes ciuitatis de
Graecorum poetarum more dicta in uincula Romae a triumuiris
coniectus esset. Vnde post a tribunis plebis exemptus est, cum

§9 Varro fr. 88 Fun. Acc. fr. 19 Fun. = Pragmatica fr. XV Dangel

2-4. Nam—Titi] sunt qui uersus inuita. Minerua restitueret temptauerint 2 Geminei
aPR : gemini Ds Lenones cod. Thysii, cf. Prisc. Inst. 6. 42 (Gl. ii. 231. 21) : leones
E 3 Boeotia Egnathius : boetia fere § (boetia C) : boetius s 4 Macci
Ritschl 1845: 14. 86 : m. accii fere § : maccidici uel pelora s 5 est de Buxis : et
E 6 add. de Buxis 10 (e)llius E, corr. Carrio 12 istaec C : ista ec VPR :
ista et s : ista haec R¹⁶ : istae PD 14 expolitaque D, Egnathius : expolita aPRs :
(et) expolitae de Buxis : (at)que Hertz : et politae Jac. Gronovius, sed Gellius simplici
u[er]bo non utitur

in his quas supra dixi fabulis delicta sua et petulantias dictorum quibus multos ante laeserat diluisset.

1 De noscendis explorandisque Plauti comoediis, quoniam promisce uerba atque falsae nomine eius inscriptae feruntur; atque inibi quod Plautus est; Naeuius in carcere fabulas scriptitanti.

Δ

1 In libris quos de uita P. Scipionis Africani compositos legimus, scriptum esse animaduertimus P. Scipioni Pauli filio, postquam de Poenis triumphauerat censorque fuerat, diem dictum esse ad populum a Claudio Asello tribuno plebis, cui, equum in censura ademerat, eumque cum esset reus neque, barbam desisse radi neque {non} candida ueste uti neque, fuisse cultu solito reorum. 2 Sed cum in eo tempore Scipionem minorem quadraginta annorum fuisse constaret, quod de barba rasa ita scriptum esset mirabamur; 3 comperimus, autem ceteros quoque in isdem temporibus nobiles uiros barbam in eiusmodi aetate rasitauisse. Idcirco plerasque imagines, ueterum, non admodum senum sed in medio aetatis, ita factas, uidemus.

A Quod P. Africano et alijs tunc uiris nobilibus ante aetatem senectam barbam et genas radere mos patrius fuit.

1 his PC : hils VD : ils R 6-7 P.—animaduertimus om. V^{ac} 6 Scipioni rec. : scipionis E 9 dictum] rete dictam cuij cum VR 10 cum. P^{ac}CDs : tum VP^{ac}R 11 barbam... radi i.e. τὸν πώγωνα ξυπόδαυ del. Ascensius 1519. Gronovius 1687: 72* 12 cultu Ds : cultus aPR 13 minorem quadraginta imo XLIV uel XLV annorum : minorem I. Jac. Gronovius : maiorem quadraginta Perizonius 1701: 646 : minorem maiorem quadraginta Hertz : minorem τὸν νεότερον ualere post interpretem unum et alterum contendit Ochman 2011: 119* 14 esset rec. : esse aPRs : est D : an potius quod delendum est? 16 idcirco VD, rec. : idcircoque (icc) PRCs : cf. 3. 16. 9

E

1 Plutarchus refert Arcesilaum philosophum uehementi uerbo usum esse de quodam nimis delicato diuite, qui incorruptus tamen et a stupro integer dicebatur. 2 Nam cum uocem eius infractam capillumque arte compositum et oculos ludibundos atque inlecebrae uoluptatisque plenos uideret, 'nihil interest' inquit 'quibus membris cinaedi sitis, posterioribus an prioribus.'

E Deliciarum uitium et molities oculorum et corporis ab Arcesilia philosopho quidam obprobata acerbe simul et festiuit.

F

1 Per hercle rem mirandam Aristoteles in septimo problematorum et Plutarchus in octauo symposiacorum dicit. 2 'Si super palmae' inquit 'arboris lignum magna pondera inponas, ac tam grauitur urgeas oneresque ut magnitudo oneris sustineri non queat, non deorsum palma cedit nec intra flectitur, sed aduersus pondus resurgit et sursum nititur recuaturque.'

E §1 fr. 181. Sandbach, cf. San. 7 (Mor. 126 A), Symp. 7. 5. 3 (Mor. 795 E) Arist. fr. 757 Gigon = 229 Rose Plut. Symp. 8. 4. 5 (Mor. 724 E-F)

E Φ(SWYTHM) F Φ(SWYTHM), φΚ, Malmes. 66. 6-10, Sarris. Pol. 5. 6. i. 303. 11-21 Webb) de huius capitis apud posteriores fortuna u. Holford-Strevens 2004: 249-62, inprimis 250-5; habent praeter Φ et φ duo florilegia, alterum s. ix (F^o), alterum s. xii (F^o), necnon Rad.³ I. 51-2 n. 3 (§§2-3) et C^o

1 acsilaum V : arte silaum S 3 a (ab M) stupro integer CWφ : astu pro integer V : astu pro integer PR : astu per integer D : castus per integer s : astu pro integer S eius om. φ 6 membriscina edisitis V posterioribus an prioribus] cf. δῆριθδεν... ἦ (...) ἐλαττορθεν Plutarchus utriusque : prioribus an posterioribus φ 9 Per spat. R, om. WM rem mirandam] remirandam VR 9-10 problematorum] proble V : probe. C^o : -natum R^oCDs 12 tam D, rec., P^oCDs, Rad.³ : tamen aPRs^o : tam Rad.³ : tantum φ 13 intra E^o, Rad.³ : in terra Wφ : in terram S, Malmes., Sarris : iter K : inter P^oCDs : infra, f^o, Triffler 1722: 7. sed de materia, non de ramo agitur. u. Holford-Strevens 2004: 252-3

